

ERA MCCXIII.

*Santiago.*

Año de C. 1176.

23 de Octubre.

D. Fernando II dona á esta Santa Iglesia la mitad de la Tierra de Montes, en el partido judicial de la Estrada.

In nomine Domini... Ego dns. rex fernandus una cum filio meo rege domno adefonso... dono et concedo ecclesie compostellane et uobis dne. petre eiusdem ecclesie carissime archiepiscopo et successoribus uestris imperpetuum medietatem de tota terra illa que dicitur *montes* cuius uso alteram medietatem iam habebatis, ut deinceps habeatis eam totam cum omnibus directuris et pertinentiis suis, cum omnibus cautis, et incartationibus nostris ut decetero liberum sit uobis de ea facerei sicut de aliis terris et hereditatibus ecclesie uestre. Hanc autem donationem facio cum consilio maiorum curie nostre pro remedio anime mee et parentum meorum, et pro bono seruicio quod michi liberaliter in mea expeditione exhibuistis....

Facta carta salamantice .X. krum. nouembris. Era .M.CC.XIII.

Petrus .III. compostellane ecclesie archieps. conf.

Iohannes lucensis eps. conf.

Adefonsus auriensis eps. cf.

Beltrandus tudensis eps. cf.

Rabinatus minduniensis eps. cf.

Iohannes legionensis eps. cf.

Rodericus ouetensis eps. cf.

Arnaldus astoricensis eps. cf.

Vilielmus zemorensis eps. cf.

Vitalis salamantinus eps. cf.

Petrus ciuitatensis eps. conf.

Velascus comes in limia conf.

Gomicius comes in transtamar cf.

Grundisaluus osorii Regis maiordomus cf.

Fernandus uasco Regis signifer cf.

Iohannes arie dominans in sco. pelagio do torn. cf.

Fernandus arie in aguiar cf.

Fernandus poncii in zamora cf.

Fernandus uele in asturiis cf.

Fernandus roderici de beneuento cf.

Pelagius tabladelo cf.

Ego petrus iohannes dni. Regis notarius archidiácono dno. pelagio de lauro cancellario feci scribi et conf.

(Inédito. *Tumbo A*, fol. 51 vuelto).